

quomodo fuit introductus in principio ob defectum nacionum.¹⁰²⁾ Sed quia illi arguunt illum validum ex pacientia presidentum et principum, ita eciam ex eorum contradictione in eo actu, de quo questio, concludatur ipsum invalidissimum fuisse.

Dicunt partem concilii, que processit, in duplo excessisse partem protestancium; quare ibi non debebat respici ad zelum vel 'dignitatem' etc.¹⁰³⁾ Dico, quod olim Panormitanus in sua protestacione actum iniustum et dishonestum¹⁰⁴⁾, qui attonitabatur contradicentibus illis, qui dixerunt¹⁰⁵⁾; qui fuerunt, ut ipse ponit in protestacione, longe maior pars prelatorum.¹⁰⁶⁾ ²⁰ dico, quod in actibus conciliaribus ad pondus representacionis personarum respici debet¹⁰⁷⁾, et quia protestacio domini archiepiscopi Mediolanensis pro tota nacione Ytalic¹⁰⁸⁾ talis fuit, quod complicabat plures prelatos, quam erant in Basilea, ut est manifestum, sola illa suffecisset in hoc casu. Ymmo dico, quod, quando constabat d. n. 'habere multitudinem sociam'¹⁰⁹⁾, ita quod sine scismate processus contra s. suam fieri non potuit, tunc processus fuit iniustus et irritus etc., eciam si numerus Bas(ile) procedencium multo maior fuisset illa multitudine contradicente¹¹⁰⁾, ut est notorium omnibus, qui rationem habent et sciunt scisma numquam faciendum esse propter quamcunque prelati maliciam.¹¹¹⁾ Iam patet in hiis addit(amentis) Amedistas pocius temerariam presumptionem defensionis scismatis ostendisse quam ipsum intollerabile scisma aliquo colore iustificasse etc. Amen.

158 Dicunt: Dicit.

¹⁰²⁾ Die Konzilsordnung wurde 1432 II 23 (so auch bei der Wiederholung 1432 IX 26) lediglich durch eine Generalkongregation verabschiedet; CB II 41 und 229. Vgl. auch Lazarus, Basler Konzil 111–113.

¹⁰³⁾ Nr. 523 Z. 57f.

¹⁰⁴⁾ S.u. Nr. 599 Z. 397.

¹⁰⁵⁾ Zur damaligen Tumultszene in Basel s. MC III 274 und CB VI 414; ferner auch RTA XIV 160.

¹⁰⁶⁾ Nr. 599 Z. 401.

¹⁰⁷⁾ S.o. Nr. 482 Anm. 13. Vgl. auch Nr. 480 Z. 49f.; De conc. cath. n. 138 Z. 26–28: discretio et prudentia et auctoritas merito ponderari debet, ne fatuorum iudicium usw. numero vota sapientum vincat.

¹⁰⁸⁾ S.o. Nr. 408 Z. 30f. mit Anm. 25; Nr. 520 Z. 713 mit Anm. 316. Daß der Eb. von Mailand namens der italienischen Nation protestierte, wird nur von NvK so ausdrücklich gesagt, ist aber aus der Formulierung in CB VI 414 Z. 38f. erschließbar. S. auch unten Nr. 599 Z. 247f.

¹⁰⁹⁾ Augustinus, Contra epistolam Parmeniani III c. 2 (CSEL LI 116 Z. 9); s.o. Nr. 520 Z. 640 mit Anm. 274.

¹¹⁰⁾ S.o. Nr. 480 Z. 44–50 mit Anm. 38.

¹¹¹⁾ S.o. Nr. 480 Z. 97f. mit Anm. 76 und 77.

⟨1442 Juli, Frankfurt (oder 1441 März / April, Mainz) ?⟩

Nr. 527

NvK weist die Auffassung einiger Theologen zurück, daß die Neutralität erlaubterweise fortgesetzt werden könnte.

Kop. (gleichzeitig): MÜNCHEN, Staatsbibl., clm 85 f. 383^{ro}. Zur Hs. s.o. Nr. 481.

Erw.: Vansteenberghe 73; Koch, Briefwechsel 10 Nr. 33; Kallen, Handschriftliche Überlieferung 38.

Nr. 527 zeigt inhaltlich wie argumentativ unverkennbare Nähe zur Denkschrift RTA XVI 567–573 Nr. 217a, als deren Verfasser a.a.O. 251f. Johann von Lieser in Erwägung gezogen wird, deren Herkunft aus der Umgebung eines Kurfürsten jedenfalls sicher sein dürfte. Die von Vansteenberghe 73 Anm. 2 vermutete (bei Koch, Briefwechsel 10, mit Fragezeichen referierte) Adressierung von Nr. 527 an Johann von Lieser ist wegen dessen papstfreundlicher Haltung (nicht also nur aufgrund der noch durchaus offenen Zuschreibung der Denkschrift) dagegen wohl auszuschließen. Der Adressat scheint kein Theologe zu sein; vgl. Z. 1, 42, 49 und 64. Die Denkschrift RTA XVI Nr. 217a steht nach Quellen, Stil und Inhalt wiederum den Glossen zur Denkschrift des Heinrich Toke RTA XVI 557–567 vom 13.

*Juli 1442 nahe, die laut RTA XVI 251 "an Cusas bissigen Stil erinnern" sollen. Im besonderen verbindet diese Glossen, die Denkschrift RTA XVI Nr. 217a und den Schriftsatz des NvK Nr. 527 die Bezeichnung der kurfürstlichen Neutralität als ultralitas (s.u. Z. 15), die vorher nur vereinzelt in Nr. 473 aufgetreten ist. Die mehr vorschlagsweise vorgebrachte Formulierung der Glosse zu RTA 560 Z. 32 (neutralitatis . . . que tamen pocius ultralitas appellatur) könnte vermuten lassen, daß der Ausdruck ultralitas hier zunächst noch als neuartig angesehen wird. Eine spätere Glosse (564 zu Z. 5) sowie die Denkschrift Nr. 217a (567 Z. 27) geben schon von einer fixen Gleichung neutralitas seu ultralitas aus, die aber, wie weiter unten 568 Z. 16 zeigt: vult itaque ipsa protestacio (nämlich die Neutralitätserklärung von 1438) seu ultralitas, nur recht allgemein verstanden wird. NvK unterscheidet in Nr. 527 dagegen zwischen neutralitas und ultralitas; s. u. Z. 16f. Auf eine solche Unterscheidung weist aber auch schon die Formulierung nec — nec in Nr. 473 Z. 14 hin. Überhaupt steht Nr. 527 den Propositionen Nr. 473 im Gedankengang wie in der Formulierung so nahe, daß man geneigt sein könnte, Nr. 527 hier auch zeitlich anzuschließen, wenn nicht die ausführliche Diskussion der ultralitas auf dem Frankfurter Reichstag die Datierung zu 1442 vorziehen ließe. Die Übereinstimmung des Gedankengangs in Nr. 527 und Nr. 598 Z. 1—13 von 1444 (s. u. Anm. 8) verknüpft Nr. 527 auf der anderen Seite aber auch mit einem noch späteren Stück. Daß der Ausdruck ultralitas im Kreise der Eugenianer geprägt wurde, dürfte kaum zu bezweifeln sein. Ob er auf NvK zurückgeht, muß jedoch hypothetisch bleiben. Johann von Segovia hat übrigens später bei der Abfassung seiner *Gesta Synodi Basiliensis* den Terminus ultralitas durch ultralitas ersetzt; so bei der Wiedergabe von oben Nr. 473 Z. 1 und 14 (gegen seine Vorlage S) und bei der Kapitelüberschrift zu Buch XVII Kap. 24, MC III 692 und 1371.*

Dicis nonnullos eciam theologos asserere animorum suspensionem, que neutralitas dicitur¹⁾, posse licite absque peccato continuari; ymo ais eos pro continuacione persuadere.²⁾ De qua re satis mirandum esset, si illi ita re sicut nomine theologi forent; nam manifestum est dominos principes nostros sub spe conservacionis unitatis³⁾ nacionis Germanice in quā dam ordinacione convenisse ante electionem alicuius in Basilea, in qua 'propter dubium' translacionis concilii ad Ferrariam⁴⁾ primo voluerunt sibi providere cum quadam suspensione animorum quo ad 'processus' hincinde⁵⁾, 2º noluerunt alicui legem dare in concernen-tibus forum penitencie.⁶⁾ Ista duo suntante novam electionem, videbantur eis licita 'propter dubium' translacionis; nam tunc iam annis multis in ecclesia viderunt concilium et papam, 10 et hoc unitati ecclesie non disconvenit, ut sit concilium et papa unus. Quare 'propter dubium' in hiis, in quibus non videbant periculum scissure ecclesie Germanice, pape et concilio iudicabant obediendum, ut in foro penitencie, quo usque deliberacio super veritate translacionis concilii sciretur. Habuit igitur illa conclusio duas partes, scilicet quandam neutralitatem in foro exteriori propter vitare scissuram nacionis considerata contrarietate 15 pape et concilii, et in aliis penitencialibus quandam ultralitatem⁷⁾, ne non obediretur, ubi sine periculo scissure obediri posset.

Über dem Text von anderer Hand N. de Cusa 3 illi: illa 7 noluerunt: nolueruerunt

¹⁾ Nach der Frankfurter Neutralitätserklärung von 1438 III 17; s.o. Nr. 469 Z. 84 mit Anm. 26.

²⁾ Vgl. etwa Thomas Ebendorfer (RTA XVI 544—547 Nr. 214) und Heinrich Toke (RTA XVI 557—567 Nr. 217), der zur Beseitigung durch ein drittes Konzil rät.

³⁾ Vgl. aus der Neutralitätserklärung (RTA XIII 217 Z. 45): querentes . . . unionem . . . inter nos tenacius conservare.

⁴⁾ Vgl. dazu Nr. 520 Z. 237—239 mit Anm. 80 zu translacio.

⁵⁾ RTA XIII 217 Z. 37f., 218 Z. 4f. und Z. 12f.

⁶⁾ Damit ist wohl der Passus quascumque penas (RTA XIII 218 Z. 14) gemeint; doch unterscheidet die Neutralitätserklärung keineswegs so deutlich primo — secundo wie Nr. 527. Statt forum penitencie heißt es in Nr. 598 Z. 1: forum conscientie.

⁷⁾ RTA XIII 218 Z. 15—17: Ne ulli parti adversus alteram favere videamus et in sola ordinaria iurisdictione citra prefatorum tam pape quam concilii supremam potestatem ecclesiastice policie . . . sus-tentabimus.

Post hoc mutata est conductio, quia Basilienses ad erectionem capitum processerunt; et in hoc casu modo sumus. Et nunc est questio, an unio predicta principum locum habere possit, et manifestum est, quod nullo modo fides unitatis catholice et apostolice ecclesie ipsam amplius patitur.⁸⁾ Nam si fide credere tenemur ‘unam’ esse ‘ecclesiam catholicam et apostolicam’⁹⁾ et quod unius ecclesie non possit esse nisi unum caput et unus pastor et unus summus pontifex, manifestum¹⁰⁾ est ‘unam ecclesiam in duo dividi non posse¹¹⁾ aut in plura’, ut ait textus in c. ‘Scisma’ circa finem 24. q. 1.¹²⁾ Quapropter si apud dominum Eugenium est, apud alium Basilee erectum esse non posse manifestum est. Hoc enim agit unitas eius, ut apud unum et alium esse non possit; et ideo qui in una est ecclesia, que est in Eugenio, extra 25 aliam esse neccesse est, ut elegantissime et clarissime ostendit sanctus Cyprianus 24. q. 1 ‘Didicimus’¹³⁾ et in aliis locis multis. Quapropter si ‘ecclesia non est nulla’, ut dicitur in allegato c. ‘Pudenda’¹⁴⁾, et fides nos docet eam esse ‘et unam esse’, et si non potest divisa esse, quia ‘unitas’ eius ‘divisionem non’ patitur, ut in c. ‘Loquitur’ 24. q. 1.¹⁵⁾, manifestum est¹⁶⁾ eam aut per gregem unitam pastori Eugenio constitui aut per Basilienses suo capiti adherentes 30 constitui, quoniam ecclesia non aliter constituitur quam per unionem ‘gregis et pastoris’ — 7. q. 1. ‘Scire debes’¹⁷⁾ — et non reperiuntur alii quam hii duo pro summis pontificibus se gerentes. Neccesse¹⁸⁾ igitur erit unam ecclesiam apud alterum tantum esse posse, et qui cum neutro horum talium pontificum est, nequaquam ‘in ecclesia esse’, ut ait sanctus Cyprianus in allegato c. ‘Scire debes’, dicens hunc ‘non esse in ecclesia, qui non est cum episcopo’; et 35 idem sanctus <Cyprianus> 93. di. ‘Qui kathedram’.¹⁹⁾ Unde credere, quod in utraque ecclesia sit ‘remissio peccatorum’, prout in foro penitentie illa unio dominorum principum permisit quondam, ut prefertur, est contra fidem, que habet, quod in ‘una ecclesia catholica et apostolica’ sit ‘remissio peccatorum’²⁰⁾; 1. q. 1. ‘Extra catholicam’²¹⁾, 24. q. 1. ‘Quia ex so-

³³ cum: tamen ³⁴ Cyprianus: Ieronimus

⁸⁾ Ebenso schon Nr. 473 Z. 11–15. Vgl. dort die weiteren Quellenbelege. Derselbe Gedankengang wie hier in geraffter Form auch in Nr. 598 Z. 1–13.

⁹⁾ So im Nicaeno-Constantinopolitanum. Übereinstimmend wiederum Nr. 473 Z. 16.

¹⁰⁾ Das Folgende bis Z. 29 übereinstimmend mit Nr. 473 Z. 6 und Z. 8–10. Doch entspricht andererseits Z. 20f. wiederum Nr. 598 Z. ff.

¹¹⁾ S.o. Nr. 469 Z. 157.

¹²⁾ c. 34 § 4 C. XXIV q. 1.

¹³⁾ c. 31 § 1 C. XXIV q. 1.

¹⁴⁾ c. 33 C. XXIV q. 1. Der Angabe allegato zuwider wird c. Pudenda hier jedoch zum erstenmal zitiert. Fehlt zu Beginn von Nr. 527 etwa ein Teil? Oder bezieht sich NvK auf ein entsprechendes Zitat beim Adressaten bzw. bei den ‘Theologen’? Da c. 33 in unmittelbarer Nähe der vorauf zitierten c. 34 und c. 31 steht, könnte aber auch an ein zu ergänzendes loco (in loco allegato) zu denken sein oder (unter Korrektur zu allegata) an: in allegata questione (zumal im Konzept des NvK allegata dann sicher abgekürzt gestanden hätte).

¹⁵⁾ c. 18 C. XXIV q. 1 (Cyprian, De ecclesiae catholicae unitate).

¹⁶⁾ Z. 29–32 wieder wie Nr. 473 Z. 3 und Z. 6f.

¹⁷⁾ c. 7 C. VII q. 1. Das Zitat geht aber auf die diesem Cyprian-Zitat unmittelbar voraufgehende Stelle zurück; s.o. Nr. 473 Anm. 3.

¹⁸⁾ Das Folgende wiederum wie Nr. 473 Z. 8f. und Z. 15f.

¹⁹⁾ c. 3 D. XCIII.

²⁰⁾ Nicaeno-Constantinopolitanum und wie oben Z. 20f. wiederum in Nr. 473 Z. 2.

²¹⁾ c. 71 C. I q. 1.

40 la'.²²⁾ Quare asserere, quod 'utrorumque sacrificiis' posset quis 'sociari', non est catholicum²³⁾, ut 24. q. 1. 'Scisma' circa finem.²⁴⁾

Dicis: Fatentur illi magistri ecclesiam unam 'esse, que est in apostolica radice fundata', ut dicit c. 'Pudenda'²⁵⁾; sed dubitant, an apud unum vel alium sit, quapropter in dubio videtur ultralitas excusari. Respondeo: Si dicunt se dubitare, ubi sit, an apud Eugenium vel alium, 45 queratur, an illi theologi se credant in ecclesia esse. Si sic, quia ecclesia una est, erunt necessario in unitate cum uno aut cum alio, cum probatum sit ecclesiam sine altero esse non posse; et pariformiter probatum est utrumque esse non posse, et iterum ut prius. Patet igitur clarissime eo ipso, quod se dicunt in ecclesia esse, non posse ultralitatem defendere.

Dicis: Fatentur illi theologi ultralitatem non debere defendi, quia esset nutrire scisma; 50 sed dicunt a communione utriusque suspensionem 'propter dubium' fieri debere, quousque 'dubium' declaretur, et ita ad neutralitatem pergunt. Respondeo hoc non esse catholicum; nam eo ipso, quod fatentur hoc dubium, non possunt se ab obediencia illius subtrahere, in cuius obediencia fuerunt, cum obediencia quo ad unum Romanum pontificem sit 'de necessitate salutis', ut post concordantes omnes veteres sanctos in Extrava. 'Unam 55 sanctam' determinatum extitit²⁶⁾, et in 'dubio' non est obediencia quovismodo subtrahenda, ut omnes dicunt doctores— 17. di. 'Hinc eciam'²⁷⁾, viii q. iiiii 'Nonne'.²⁸⁾ Et hoc clarissimum est; nam si obediencia est necessitatis, in dubio tunc est eligendum. Unde notabilissime ait textus 24. q. 1. 'Scisma'²⁹⁾ circa medium de quibusdam, qui 'aut ignorancia aut' ex 'simplicitate se a communione' Romani pontificis subtraxerunt, dicens 'id ipsum magis 60 esse, propter quod scismatici sunt' illi. Unde ille textus coniuncta glo.³⁰⁾ concludit apertissime illos theologos se 'separantes ab' obediencia, aut propter 'simplicitatem' intellectus aut ignoranciam³¹⁾, 'magis scismaticos esse quam illi, qui subtilitate' rationum convincti sunt per adhesionem non veri capit is errare.

Confortare igitur illos theologos, ut non 'evomantur', si 'tepidi' fuerint!³²⁾ Securi enim 65 sunt, si tenuerint illam obedienciam, quam semel in universa catholica ecclesia viderunt et tenuerunt, et si 'eam partem detestantur', quam 'ecclesiam' per orbem diffusam in 'apostolicis sedibus roboratam' vident detestari, quos 'temere' credulitatis 'opinio contra apostolicam sedem divisit' a successore Petri, ut hic probatur in c. 'Scisma'³³⁾ et c. 'Pudenda' per

67 temere: temeri 68 divisit: dimisit.

²²⁾ c. 22 C. XXIV q. 1.

²³⁾ S.o. Nr. 473 Z. 17f.

²⁴⁾ c. 34 § 4 C. XXIV q. 1. Vgl. auch die ähnliche Darlegung in Nr. 468 Z. 115-120.

²⁵⁾ S.o. Z. 27f.

²⁶⁾ c. 1 Extrav. comm. I 8. Ebenso Nr. 473 Z. 4f. und Z. 20, doch gleichfalls Nr. 598 Z. 10-12. Vgl. auch Nr. 408 Anm. 41 und 42.

²⁷⁾ post c. 6 D. XVII.

²⁸⁾ c. 1 C. VIII q. 4.

²⁹⁾ c. 34 § 2 C. XXIV q. 1.

³⁰⁾ Johannes Theutonicus zu c. 34 § 2 C. XXIV q. 1 s. v. magis: Magis schismatici sunt illi, qui tantum per simplicitatem suam separantur ab ecclesia, quam sint illi, qui propter subtilitatem aliquam errant. Falsa enim subtilitas istos compellit, in qua non cadunt voluntarii, sed inviti; illos decipit ignorantia voluntaria, que magis reprobatur.

³¹⁾ S.o. Nr. 473 Z. 9f.

³²⁾ Vgl. Apoc. 3, 16.

³³⁾ c. 34 § 1 und 2 C. XXIV q. 1.

Augustinum ibidem allegatum.³⁴⁾ Quem³⁵⁾ Cyprianus sanctissimus, si viveret, antechristianum vocaret in c. 'Didicimus' allegato.³⁶⁾

70

³⁴⁾ c. 33 C. XXIV q. 1 (beati tamen Augustini testimonio).

³⁵⁾ Zu ergänzen wäre wohl: Amedeum. Vielleicht ist vorher etwas ausgefallen.

³⁶⁾ c. 31 C. XXIV q. 1. S.o. Z. 26f.

zu 1442 <August 8 und 9>, Frankfurt.¹⁾

Nr. 528

Bericht bei Johannes de Segovia, Gesta Synodi Basiliensis, über den vom König abgeschlagenen Wunsch Carvajals, daß NvK deutsch gehört werde.

Reinschrift: B (s.o. Nr. 326) f. 241v.

Druck: MC III 1016; RTA XVI 603 in Nr. 231, 19a.

Erw.: Gómez Canedo, Diplomático 220f.; Gómez Canedo, Don Juan 53.

Illo (Caruaial) autem replicante, ut Nicolaus de Cusa in vulgari audiretur²⁾, rex dixit se proposita intellexisse et recessit, audire nolens, eciamsi die altera desuper fuit supplicatus.

¹⁾ Zum Datum s. RTA XVI 602 Anm. 3.

²⁾ Vgl. dazu auch oben Nr. 519 Z. 23f.

1442 August 12, Frankfurt.

Nr. 529

Consilia Kg. Friedrichs III., der Kurfürsten und der anderen in Frankfurt Versammelten, daß zur Wiederherstellung der Kircheneinheit ein (neues) Konzil nötig und vorläufig die Neutralität beizubehalten sei. In der Einleitung wird NvK als einer der anwesenden Gesandten Eugens IV. genannt.

Kop. (gleichzeitig): WIEN, Nat.-Bibl., CVP 5111 f. 222rv.

Druck: RTA XVI 588 Nr. 226.

Consilia in materia unionis ecclesie condita Franfordye usw. existentibus ibidem et audientibus et auditis sacri concilii Basiliensis reverendissimis dominis et patribus cardinalibus Arelatensi, Panormitano et sancti Calixti et ceteris patribus et doctoribus ambasciate eiusdem, et pariter audientibus et auditis quoniam E. oratoribus N. de Chusa et I. de Caruagal.

zu <1442 Juni — August>, Frankfurt.

Nr. 530

Notizen über die Parteinahme für Eugen IV. oder das Basler Konzil zur Zeit des Frankfurter Reichstages; u.a. über NvK.¹⁾

Or.: WOLFENBÜTTEL, Herzog-August-Bibl., Cod. Helmst. 797 f. 125v. Zur Hs. s. RTA XVII 328–330; zur dort schon angedeuteten Provenienz (Nürnberger Kartause) ferner Mertens, Iacobus Carthusiensis 34. Druck: RTA XVII 621f. Nr. 290.

Die Gesandten Eugens IV. haben Erklärungen aller Fürsten, Prälaten und Universitäten für diesen gefordert. Sed quia senserunt ab eorundem ambasioribus declaraciones non fore pro eis, amplius pulsare cessarunt. 60 Doktoren und 6 Universitäten sprachen sich für das Konzil aus. Sed pro parte Eugenii solum Nicolaus de Cusa, Io. de Lisura, Ludwicus cancellarius domini Palatini²⁾ et alii tres eis adiuncti. Item dominus rex, do-